

## 12. *Bewilligung eines besonderen Ablasses für den baulichen Unterhalt der Kirchen in Zürich durch Papst Sixtus IV.*

1479 Juli 12. Rom, St. Peter

**Regest:** Papst Sixtus IV. bewilligt, nachdem ihm Bürgermeister, Rat und Zunftmeister der Stadt Zürich in einer Bittschrift geschildert haben, dass die Kirchen des Fraumünsters und der Propstei in ihrer Stadt unvollendet seien und dem Grossmünster wegen Alters Einsturz drohe, ferner die Wasserkirche wegen Zusammenbruchs ihrer Mauern in das Wasser gestürzt sei, weil die nötigen Mittel für Wiederherstellung und Erhaltung dieser Kirchen fehlen, all denjenigen, die beichten und Busse leisten sowie andächtig in der Woche des Kirchenfestes von Felix und Regula (11. September) eine der drei genannten Kirchen besuchen und zu ihrer Reparatur und ihrem Unterhalt einen Beitrag leisten gemäss ihrem Gewissen oder auf Anweisung ihres Beichtvaters, einen Ablass, der demjenigen der stadtrömischen Kirchen während des Jubeljahres 1475 entspricht. Diese Bewilligung gilt für die nächsten fünf Jahre, danach können sich die Gläubigen durch Erfüllung der genannten Bedingungen noch einen Ablass von sieben Jahren und sieben Quadragen erwirken. Die päpstlichen Nuntien Gentilis von Spoleto und Franciscus von Petrucia werden ermächtigt Beichtväter zu ernennen, die während des Zürcher Jubiläums auch bei päpstlichen Reservatfällen das Buss sakrament spenden können. Innerhalb der nächsten fünf Jahre dürfen innerhalb des Bistums Konstanz keine weiteren Plenarablässe bewilligt werden. Wer ausserhalb Zürichs in den Bistümern Konstanz, Basel und Chur zum Bau der drei Zürcher Kirchen beiträgt, aber an deren persönlichem Besuch aus einem legitimen Grund wie Krankheit, Alter oder Schwangerschaft gehindert ist, soll den Ablass dennoch erhalten. Kopien dieser Urkunde, die von Notaren ausreichend beglaubigt sind, soll gleicher Glauben geschenkt werden wie dem Original.

**Kommentar:** Der in der vorliegenden Bulle gewährte ausserordentliche Ablass steht in Zusammenhang mit der durch Papst Sixtus IV. verfolgten Bündnispolitik, die sich wesentlich auf die Unterstützung durch die Eidgenossenschaft stützte. Neben Zürich hatte einige Jahre zuvor auch Bern von Sixtus eine vergleichbare Ablassurkunde für den Bau seines Münsters erhalten (StABE Stift). Für Zürich ergab sich auf diese Weise die Gelegenheit, den baulichen Rückstand einzuholen, der seit Mitte des 15. Jahrhunderts nicht zuletzt durch die Kosten des verlorenen Alten Zürichkriegs im Vergleich zu anderen Reichsstädten entstanden war. Der fünf Jahre andauernde Ablass und der dadurch ermöglichte Neubau der Wasserkirche wurde auch durch die Chronisten Gerold Edlibach und Heinrich Brennwald in ihren Chroniken beschrieben (Moser/Vitali, Ablassstraktat, S. 57-58). Im selben Jahr erhielt Zürich zudem das Vorschlagsrecht für kirchliche Ämter und Pfründen von Fraumünster, Grossmünster und in Embrach (SSRQ ZH NF I/1/3, Nr. 11).

Der vorliegende Ablassbrief ist eng verbunden mit den Anfängen der Zürcher Druckgeschichte. Im April 1479 erlangte der Drucker Sigmund Rot das Bürgerrecht und noch im selben Jahr richtete er in den Räumlichkeiten des Predigerklosters die erste Offizin der Stadt ein. Drei der vier ersten Druckerzeugnisse stehen in Zusammenhang mit dem durch Sixtus gewährten ausserordentlichen Ablass: Dabei handelte es sich um das lateinische Ablassstraktat des Albert von Weissenstein, einen Abdruck der vorliegenden Urkunde im lateinischen Originaltext sowie eine deutsche Teilübersetzung mit erläuternden Anmerkungen (für die bibliographischen Angaben zu den Drucken vgl. Vischer, Druckschriften, Nr. A 1; A 3; A 4, S. 27-28).

Zur vorliegenden Bulle vgl. Moser/Vitali, Ablassstraktat, S. 49-58; Jezler 1994, Nr. 58, S. 244; zu den Anfängen der Zürcher Druckgeschichte vgl. Leemann-van Elck 1934a, S. 11-22; zur Bündnispolitik von Papst Sixtus IV. vgl. Stoecklin 1941.

Sixtus episcopus, servus servorum dei, universis christifidelibus presentes literas inspecturis salutem et apostolicam benedictionem.

Thesauri sacratissime passionis dominice, quem in ecclesiasticis sacramentis reconditum divine pietatis miseratio pro suorum salute fidelium in eterne

vite premium erogari disposuit, meritis licet insufficientibus dispensatores effecti, tunc commisse dispensationis ministerium digne credimus peragere cum ipsius thesauri salubre comertium in opus reparationis, necnon complementi ac conservationis ecclesiarum vetustate consumptarum et imperfectarum cum  
5 animarum salute christifidelium convertimus.

Sane exhibita exhibita [!] nobis nuper pro parte dilectorum filiorum magistri civium, consulum et scabinorum communitatis opidi Turicensis, Constantiensis diocesis petitio continebat, quod sanctorum martyrum Felicis et Regule abbacie, prepositure et Aquaticae Nuncupatorum ecclesiarum dicti opidi due imperfecte et ex eis altera vetustate ruinam minatur, tertia vero parietibus collisis  
10 in fluvium collapsa est. Et quia ad illarum perfectionem, reparationem, manutentionem et conservationem ipsarum ecclesiarum fructus, redditus et proventus non sufficiunt, christifidelium huiusmodi suffragia plurimum sunt oportuna.

Quare pro parte magistri civium, consulum et scabinorum predictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut ipsarum ecclesiarum necessitati in premissis  
15 oportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur cupientes, ut ecclesie ipse respective perficiantur, reparentur, manuteneantur et conserventur, necnon campanis, calicibus, libris et aliis ecclesiasticis ornamentis muniantur, ipseque ecclesie peramplius congruis frequententur honoribus, ac ipsi  
20 christifideles devotionis causa eo libentius confluant ad easdem et ad illarum perfectionem, reparationem, manutentionem, conservationem et munitioem huiusmodi eo promptius manus porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidem dono celestis gratie uberius conspexerint se refectos, huiusmodi supplicationibus inclinati, de omnipotentis dei misericordia ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi decernimus et declaramus, quod omnes et singuli  
25 utriusque sexus christifideles vere penitentes et confessi, qui ecclesias predicas a primis vesperis vigilie festi dictorum sanctorum, quod celebratur decima mensis septembris, usque ad secundas vespervas octave prefati festi inclusive semel duntaxat devote visitaverint et pro perfectione, reparatione, manutentione et munitioem predictis, quantum eorum conscientia dictaverit, aut ipsorum  
30 confessor ordinaverit, seu iuxta eorum condiciones quantum in ebdomada pro eorum victu exponerent, erogaverint, hinc ad quinquennium a dato presentium computandum easdem anni iubilei proxime elapsi indulgentias et peccatorum remissiones consequantur, quas fideles ipsi eodem anno iubilei certas alme urbis  
35 ecclesias ad hoc deputatas visitantes iuxta aliarum nostrarum et quorundam predecessor nostrorum super hoc confectarum litterarum seriem et tenorem consecuti fuerunt et consequi potuerunt.

Indulgentias autem et remissiones ad instar iubilei huiusmodi et ipsum iubileum, de plenitudine potestatis et domini nostri Jesu Christi miseratione confisi,  
40 tenore presentium eisdem visitantibus et erogantibus usque ad dictum quinquennium inclusive concedimus et elargimur. Eodem vero quinquennio elap-

so singulis festi et octave huiusmodi diebus annuatim visitantibus et erogantibus predictis septem annos et totidem quadragenas de iniunctis eis penitentiis misericorditer in domino relaxamus. Et nichilominus, ut christifideles ipsi ad easdem ecclesias pro consequendis huiusmodi indulgentiis ac remissionibus huiusmodi confluentes conscientie pacem et animarum salutem deo propitio consequantur, purgatisque eorum cordibus ad illas suscipiendas constituentur promptiores spiritu gratie salutaris, dilectis filiis Gentili de Spoleto<sup>1</sup> et Francisco de Petrucciis, nuntiis et oratoribus nostris, et in eorum absentia duobus per eos deputandis, confessores tot quot voluerint idoneos deputandi seculares vel quorumvis ordinum regulares in dictis ecclesiis et in earum circuitibus, ipsisque confessoribus audiendi confessiones quorumcunque christifidelium easdem ecclesias visitantium, et pro maiori eorum quiete ac conscientiarum suarum examinatione etiam per octo dies ante tempus huiusmodi indulgentiarum et in illo ac post illud per octo alios dies eorum confessionibus diligenter auditis eos omnes et singulos durante dicto quinquennio ab universis et singulis criminibus, excessibus, delictis et peccatis, etiam sedi apostolice reservatis, preterquam in casibus in bulla «Cene Domini» quotannis publicari solita contentis, post vero dictum quinquennium in singulis casibus, in quibus episcopi absolvere possunt duntaxat, absolvendi et penitentiam salutariter iniungendi, ac durante quinquennio huiusmodi vota quecunque, preterquam ultramarino, prefatorum apostolorum Petri et Pauli et sancti Jacobi in Compostella ac religionis, in alia pietatis opera commutandi plenam et liberam auctoritate predicta harum serie concedimus potestatem et facultatem omnimodam. Et insuper, ne propter alias indulgentias in illis forsitan partibus concessas et imposterum concedendas premissarum indulgentiarum explicatio impediatur, aut christifidelium huiusmodi mentes ad illarum salutari premio retrahantur, universis et singulis cuiuscunque dignitatis, status, gradus vel conditionis aut preeminentie personis, ne in civitate et diocesi Constantiensi indulgentias plenarias publicare aut executioni demandare, seu publicari aut executioni demandari facere presumant aut permittant, sub excommunicationis late sententie pena eo ipso incurrenda districtius inhibemus, quascunque alias indulgentias per nos concessas quoad civitatem et diocesis Constantiensem predictas videlicet pro octo diebus singulis annis predictis dicto quinquennio durante suspendentes nulliusque firmitatis existere decernentes.

Ceterum quia forsitan nonnulli malignitatis spiritu imbuti in publicationibus indulgentiarum et litterarum huiusmodi se remissos seu rebelles vel negligentes reddere niterentur, auctoritate et tenore, quibus supra statuimus et decernimus, quod, quicumque locorum ordinarii aut eorum vicarii vel officiales seu abbates aut alterius cuiuscunque dignitatis ecclesiastice seu alio inferiori gradu constitute, sive<sup>a</sup> parochialium ecclesiarum rectores seu eorum vicarii aut locatenentes vel alias ecclesiastice vel mundane cuiuscunque dignitatis, status, gradus vel

conditionis, qui pro parte dictorum capitulorum fuerint requisiti, etiam si religiosi mendicantes fuerint, non obstante quocunque privilegio, quod minime eis quoad hoc volumus suffragari, presentes litteras et singula in eis contenta, ut ad veram singulorum notitiam deveniant, debite non publicaverint, et illas publicare non permiserint, seu se in illis affectata malitia negligentes aut rebelles reddiderint, excommunicationis sententiam eo ipso incurrant, cum suspensione a divinis.

Et ne religiose persone, infirmi, senes<sup>b</sup>, pregnates et alias quomodolibet impediti dicti Turicensi opidi, illique subiectorum castrorum, villagiorum et villarum, aliorumque locorum Constantiensis, Basiliensis et Curiensis diocesis incole utriusque sexus, nequeunt easdem ecclesias pro consequenda indulgentia predicta commode visitare, careant propterea indulgentia memorata, eis, si de facultatibus suis tantum, quantum eorum devotio eis dictaverit, seu eorum confessor eis consuluerit, ad ipsas ecclesias miserint, easdem indulgentias, quas consequerentur, si ecclesias ipsas dicto tempore visitarent, elargimur. Non obstantibus, quibuscunque similibus vel aliarum quarumcunque indulgentiarum specialibus vel generalibus suspensionibus et revocationibus per nos aut predecessores nostros, illis etiam quacunque causa vel ratione, etiam si pro quacunque expeditione contra Christi nominis iniurias, vel sub quavis verborum forma factis et faciendis, quas, etiam si de illis eorumque totis tenoribus specialis et expressa ac non sub conditione mentio habenda foret, ad litteras et concessiones huiusmodi se minime extendere decernimus per presentes.

Preterea quia difficile foret, presentes originales litteras ad loca quecunque ubi expediens fuerit deferre, volumus et auctoritate et tenore predictis decernimus, quod earum transsumptis, sub sigillo cuiuscunque antistitis seu persone in ecclesiastica dignitate constitute manibus duorum notariorum publicorum debite subscriptis, fides adhibeatur indubia, et illis ubicunque stetur in omnibus et per omnia, perinde acsi presentes originales littere exhiberentur. Presentibus, quod indulgentias et remissiones anni iubilaei ac facultatem absolvendi in casibus sedi predictae reservatis, post quinquennium minime, quoad vero indulgentiam septem annorum et totidem quadragenarum ac alias in eisdem litteris contenta, perpetuis futuris temporibus valituris.

Datum Rome apud Sanctum Petrum anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo septuagesimo nono, quarto idus iulii, pontificatus nostri anno octavo.

[Kanzleivermerk auf der Plica:] Guido Bonattus

[Vermerk auf der Rückseite:] Registrata apud me, L. Grifum

[Vermerk auf der Rückseite:] 1479

[Vermerk auf der Rückseite:] Register fol. 34<sup>2</sup>

**Original:** StAZH C II 1, Nr. 716; Pergament, 68.0 × 43.0 cm; 1 Siegel: Papst Sixtus IV., Bulle, rund, angehängt an Schnur, gut erhalten.

**Edition:** Vögelin 1848, S. 35-37. – **Regest:** REC, Bd. 5, Nr. 15199.

<sup>a</sup> Korrigiert aus: si.

<sup>b</sup> Korrigiert aus: senex.

<sup>1</sup> Zu *Gentilis de Spoleto* vgl. Jezler 1994, S. 244.

<sup>2</sup> Dieser Vermerk bezieht sich auf den um 1730 durch Johann Jakob Scheuchzer angelegten Codex Diplomaticus Turicensis (StAZH G I 69). 5